

2619 Frascati in limine cuiusdam tabernae in
via delle Monachele.

RIANO · EQ · TI
O CHORTE
SECVNDA MA
SSIM reliqua
latent

Descriptis de Rossi.

2620 Romae apud Institutum archaeologicum (antea apud Kellermannum) extant fragmenta duo, alterum vv. 6—12 partis intuentibus sinistram, alterum vv. 8—14 fin. complectens; tertium habens vv. 1—7 extremos extat in museo Vaticano (*Gall. lap.* omne genus VIII, collocatum ibi a. 1855). Omnia Ficuleae, id est in fundo *la Cesarina* via Nomentana, reperta esse putabat AMAT., sed vidit ea sine dubio non Ficuleae, sed Romae apud antiquarium aliquem (Vescovalium ut puto). Cur reperta putem non Ficuleae, sed Tusculi, infra dixi.

<i>M · CVTIO · TI · F · SEVE ro</i>	<i>b</i>	<i>TENO · SATVRNIN</i>
<i>REFECTVM · EX</i>	<i>c</i>	<i>CONTVLÉRVNT</i>
<i>Q · ASCONIVS</i>	<i>m</i>	<i>MODESTVS · PR</i>
<i>Q · POMPONIVS</i>	<i>F · SEVERVS</i>	<i>CORNELIVS · D · F · FIRMV</i>
<i>M · CVTIVS · TI · F · SEVERVS</i>	<i>m</i>	<i>ELISSVS · D · STEIVS · D · F · LIBERATIS</i>
<i>L · TVCCIVS · L · F · BASSVS</i>	<i>A · ANCHARIVS · A</i>	<i>MAIVS · M · F · FVSCVS</i>
<i>M · MODIARIVS · M · F · CLEMENS</i>	<i>TAVRVS · CANIN</i>	<i>· POPILLIVS · M · F · LAENAS</i>
<i>Q · FABIVS · Q · F · MODESTVS</i>	<i>L · VOLCACIVS</i>	<i>SINNIVS · L · F · BITHYNICVS ·</i>
<i>10 C · OPPIVS · C · F · ASIATICVS</i>	<i>L · ACESTIVS</i>	<i>L · VOLVNSEIVS · L · F · FLAMININ</i>
<i>C · PLAETORIVS · C · F · IANVARIVS</i>	<i>M · TVSCVLANIVS</i>	
<i>ITEM · AVGVSTALES AEDITVI ·</i>	<i>f LAVIVS · L · F · PAC</i>	
	<i>c a s t o r i s</i>	<i>e T · POLLVCIS</i>

Descriptis Bormann fragmenta duo Instituti archaeologici (eadem edidit Iahn Specim. epigr. p. 49; inde partem intuenti sinistram repetivit Henzen syll. n. 6099); fragmentum Vaticanum descriptis de Rossi, contulit Schmidt (inde huius corp. vol. VI n. 10408); hoc et illa recognovit Huelsen. Omnia quae supra proposui solus habet Amati ms. Vat. 9749 f. 19 (v. 1—3 integros, reliquorum partem intuenti sinistram, praeterea vv. 11, 12 medios). f. 19' (partem intuenti dextram). f. 21' (ex parte intuenti dextra v. 8—11). f. 22 (partem intuenti sinistram omissis principiis v. 1, 3); idem miserat Borghesio, ut intellegitur ex epistula huius ad Amatum data d. 8 Ian. 1825 (edita in Borghesii opp. 6 p. 277). Composuit Henzen et edidit ad Borghesii opp. 6 p. 277 not. 2.

Inclinatis dedi ea quae solus servavit Amati. — II, 6 ex cognomine C. Fabii C. f. litterae duae primae, quae supersunt, certae videntur Huelseno, tercia potest fuisse s; significari puto C. Fabium C. f. Passienum Saturninum tituli infra n. 2628, qui videtur nominari item in v. 1, una cum eodem M. Cutio Ti. f. Severo, quocum est coniunctus in v. 6. — IV, 7 littera quae fuit ante TEIVS incerta est; fuit puto ibi FONTEIVS vel INSTEIVS.

Tusculo tribui (praeente Henzeno *Zeitschrift f. Alterthumsw.* 1848 p. 308) maxime propter v. 12, ubi memorantur Augustales aeditui Castoris et Pollucis; nam hos aedituos Tusculi collegium effecisse et aliquo modo coniunctos fuisse cum Augustalibus constat ex inscriptione certae originis Tusculanae infra n. 2637. Accedit nomen M. Tusculanii v. 11. — Praeterea C. Fabius C. f. Passienus Saturninus, qui memoratur in titulo certe Tusculano infra n. 2628, videtur nominari hic et in v. 1 et in v. 6 (cf. supra). Denique Volcacius aliquis, quod nomen est II, 9, et Plaetorius, quod est I, 11, redeunt infra in titulo municipali n. 2638.

Qui fuerint homines numero ut videtur viginti quattuor (praeter praetores vel praefectos — fortasse praefectos sacrorum cf. n. 2580 — duos vel quatuor, vv. 4, 5), ingenui vel omnes vel certe ei quorum nomina plena extant, qui ad reficiendum aedificium aliquod pecuniam contulerant, ignoratur. Popillium Laenatem memoratum v. 8 fin. Borghesius opp. 6 p. 277 coniecit stirpem ducere a Popilliis Laenatibus liberae reipublicae. Quod fieri potest ut verum sit; etiam Taurus Caninius (II, 8) propter praeponomen insolitus videtur esse ex stirpe senatoria Caniniorum (cf. n. 2622). Sed reliqua nomina multo sunt modestiora et vix senatorum. Diversi ab his viginti quattuor sunt Augustales aeditui Castoris et Pollucis, qui item in monumentum illud contulerant.

2621 basis lapidis Tusculani. Inter rudera
Tusculi, ibi ubi dicitur *villa di Tiberio*.

M · ACILIVS · CA
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! GEA
AED QIN
ARGENTO · MVLTATICIO

Descripti post Rossium et C. L. Viscontium.
1 fin. potest fuisse tam CAN... quam CAM...
— 3 aediles q(u)in(q(uennales)].

2622 partes quattuor epistylia lapidis Tusculani alta cm. 24 litteris altis cm. 14, aetatis fere Augusti, ut videbatur Henzeno, Tusculi in villa Rufinella.

a b c d
C · CAE|LIVS · C · F · RV|FVS · C · CANINIV|S · C · F · REBILVS · A|ediles

Descriptis Henzen, recognovi ipse. Haec fragmenta omnia sed non coniuncta exhibet Amati ms. Vat. 9738 f. 8, 9'; fragmenta b c d Canina p. 175. b d Biondi ms. f. 36'. Coniuncta, sed ex parte confusa cum alienis (cf. infra), exhibet Amati apud Biondium ms. f. 33' et inde Canina p. 175.

In fragmento b littera L ex parte tantum superest; male eam pro c habuit Amati. Unde accedit ei, ut cum fragmenta huius inscriptionis disiecta componere vellet (ap. Biondium ms.), huic fragmento substitueret particulam a inscriptionis n. 2623. Idem casu magis quam consilio ad fragmentum d nostrae inscriptionis in eadem schedula adiunxit fragmentum b male, ut supra dixi, descriptum, et fragmentum infra editum n. 2632b. Quae omnia inconsulte repetivit Canina.

Caelius Rufus Ciceronis amicus Marcus fuit et Marci filius, diversus igitur ab hoc aedile Tusculano. Contra C. Caninius C. f. Rebilus potest fuisse tam consul uno die anno 709 quam filius eius vel nepos (Tac. ann. 43, 30).